



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Viator Christianvs Recta Ac Regia in coelum Via tendens

Soliloquium Animae. Vallis Liliorum. De Tribus Tabernaculis. Gemitus & suspiria animæ pœnitentis, seu de Vera Compunctione Cordis. Cohortatio ad Spiritualem profectum

Thomas <von Kempen>

Coloniae Agrippinae, 1682

X. De necessitate patientiæ inter tot miserias hujus vitæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53320](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53320)

TABERNACULIS. 743
percipit, quod littera non doce-
tur.

Hæc casum nescit, quia nun-
quam de se magna præsumit.

Qui hanc habet, diligit &
custodit, in pace Christi dor-
miet, & requiescet, sicut Christus
humilibus repromisit, *Discite à* Matt. II
me, quia mitis sum & humilis
corde, & invenietis requiem a-
nimabus vestris.

DE TABERNACULO III,

Id est,

DE PATIENTIA.

CAP. X. De necessitate patientiæ
inter tot misérias hujus vitæ.

S. **P**ostquam, Domine, de san-
cta Paupertate & Humili-
tate, quædam eloqui dignatus es,
restat jam, ut secundum promif-
sum tuum, de Patientia mirabili
virtute, seruo tuo aliqua infi-
nues. Fateor hoc namque coram
te, multum me hac virtute egere,
& valde mihi opus esse multa pa-
tientia,

Patientiæ
nobis
præcipue
necessa-
ria;

Zz

Qua-

Ob con-
tinuas vi-
tae mise-
rias.

Qualis est enim vita mea, nisi quædam longa miseria, à die natiuitatis usque in diem sepulture mee? Et nihil inter hæc vacat, quod non laborem & dolorem mihi multiplicet.

Et quomodo in hanc veni miseriam, Deus meus! Tu nosti bene, quanta mala circumdederunt me in corporis carcere positum: & nemo est, qui ita novit miseriam hominum sicut tu, Domine Deus noster. Vide ergo, quàm necessaria mihi sit patientia.

Baruch.
3.

Quid est anima mea, quod in terra inimicorum es? Nam si in via Dei ambulasses, habitasses utique in pace super terram. Dereliquisti Dominum Deum tuum fontem aquarum viventium: & fodisti tibi cisternas, quæ non poterant aquas continere, & ideo tradita es manibus odientium te.

Hier. 2.

Quibus
ex pecca-
to obno-
xii su-
mus.

2. Sed revertere ad me, dicit Dominus, & ego suscipiam te. Propter peccata mea Domine, hæc omnia iusto iudicio tuo evenerunt super me. Peccavi cum patribus meis, & porto grave iu-
gum

Eccl. 40.

gum

gum super omnes filios Adam, *Ephes. 2.*
 quoniam filii iræ omnes filii ejus.

Verumtamen nisi subvenisset *Isaia 1.*
 nobis auxilium tuum de cœlo,
 quasi Sodomam fuissetis, & quasi
 Gomorra similes essemus, quæ
 submersæ sunt in momento.

Ideoque misericordiæ tuæ *Thren. 3.*
 multæ Domine, quod consumpti
 non sumus: & bonitas magna ni- *Et peris-*
 mis, quod adhuc vivimus Filii *semus, ni-*
 mortis eramus omnes; sed præ- *si Chri-*
 venisti nos in miserationibus *stus nos*
 tuis, & non sicut delictum no- *servasset.*
 strum, sic & iudicium tuum, su-
 per abundavit misericordia tua
 super omnia opera nostra pessima.

Recordatus es, quia pulvis su- *Psalm. 102.*
 mus: & homo, sicut fœnum, & flos
 agri. Tibi hæc dixit Deus, & Pa-
 ter misericordiarum, ut scirem
 miseriam meam, & causam
 miseriarum omnium rectum ju-
 dicium tuum.

Sed tamen adhuc quæro ex
 omnibus his, si qua sit consolatio
 in Christo Jesu Domino nostro.
 Et si non ad plenum merear con-
 solari, tribue saltem ex parte ali-

Psal. 118.

qua. Quis ergo consolabitur animam meam? Multos inveni desolatores, narrantes mihi iniquas fabulationes, sed non ut lex tua Domine.

3. O consolator optime, dulcis hospes animæ, dulce refrigerium; qui imples omne animal benedictione; aperi manum tuam & effunde benedictionem de caelo super arentem terram meam.

Psal. 142

Expando ad te manus meas, quia sum sicut terra sine aqua tibi. Velociter exaudi me Domine, defecit enim spiritus meus,

Deus supremum homini refugium.

Et ego sine te quo ibo? & ad quem confugiam? Tu es, Domine, Deus meus; & ideo suscipe propitius preces meas.

Psal. 36.

Levavi ad te animam meam; tu noli me despiciere. Ostendi miseriam, tu noli oculos avertere. Peccavi, noli me condemnare. Tibi dixit cor meum, exquisivit te facies mea Domine, noli me derelinquere.

Matt. II.

Dixisti enim per te ipsum, nos consolari cupien: *Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos.* Et

ite-

iterum : Si quis sitit, veniat ad
me, & bibat.

Sitivit in te anima mea, quam *Psal. 62.*
multipliciter tibi caro mea ? In
terra deserta, in via, & in aquosa,
habitatio mea Domine. Terram *Iosue 15.*
arentem dedisti mihi Domine,
da & irriguam superius.

Neque enim parva est miseria *Inter tot*
mea, qua affligor in hac vita mea. *dolores*
Nam quocumque me verto, do- *& adver-*
lores & labores invenio. *sa.*

Et ideo quaeso, ne irascaris
mihi ; quia anxius est in me
spiritus meus, & verba mea non
murmure sed dolore plena sunt.
Effudi in conspectu tuo oratio-
nem meam, & tribulationem *Psal. 141.*
meam ante te pronuncio.

Est enim misero saepe conso-
latio, suam miseriam amico re-
velare. Et vulnus tumens dum a-
peritur, minus dolet & citius eu-
ratur. Tibi ergo revelavi cau-
sam meam, Pater misericordia-
rum.

Misero
folatium,
amico a-
perire
miseriam.